Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-827069-p0001-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-827069-p0002-4

39

# COMMENTATIO II.

QVA

MEMORIAS

# DISCIPVLORVM EXTRANEORVM

## IN SCHOLA FREIBERGENSI

VERSATORVM

PRAEMITTIT

---

ET

*AD ORATIONES*

BENIGNE AVDIENDAS

OBSERVANTER

INVITAT

## M. IO. GOTTL. BIDERMANN. R.

---

*FREIBERGAE*, Litteris MATTHAEANIS.

XXXIX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-827069-p0003-0

VTrum exteris in republ. locus ſit concedendus? iam dudum maxima cum contentione diſputatum fuit. Lycurgus, legum Spartanarum laude clariſſimus, ſingulari edicto cauit, ne Lacedaemones hominem peregrinum in ciuitatem adciſcerent, veritus, ne iſtius conſuetudine mores patrii deprauarentur. Quos Corinthii ſequuti, Alexandro M. Aſiae victori, per legatos ius ciuitatis offerentes, quum ille hoc officii genus rideret, his verbis, quo haberi initum conſilium vellent, docebant: *Nemini unquam, quam Herculi et tibi, peregrinis, dedimus ciuitatem.* a) Apud Romanos autem peregrini lege Petronia et Papia à republ. capeſſenda ita prohibebantur, ut Iulius Caeſar hanc ob cauſſam in maximam inuidiam ciuium ſuorum incurreret, quod exteros in ſenatum receperat. b)

Fuerunt autem etiam, qui alia ſentientes, ciuitatis iura nulli peregrino denegarunt, quicunque idoneus ad capeſſendam rempubl. videretur. Qua in ſententia PHOCYLIDES fuit, ciues ſuos his verbis exhortans: c)

ἔϛωσαν σ᾽ ὁμοτιμοι ἐπηλυδες ἐν πολιηταις,

h. e. *pari honore indigenas habe atque alienigenas.* Hac mente Athenienſes, perſpecta exterorum virtute, Apollodoro *Cyziceno*, Heraclidi, *Clazomenio*, Phanoſtheni, *Andrio*, aliisque foris natis publicarum prouinciarum procurationem demandare non dubitabant. Romani autem, tantum abeſt, ut ſemper legibus ſupra commemoratis inhaererent, ut potius, intermiſſo tempore etiam peregrinos in ciuitatem adlegerent, quorum acceſſione rempubl. et amplificari et ornari videbant. *Dum enim*, ut eſt apud LIVIVM d) *nullum genus hominum faſtidiebatur, in quo virtus eniteret, mirifice creuit imperium Romanum.* Et hoc nomine CLAVDIANVS principem, quem decantat, inprimis commendat; e)

- - - *lectos ex omnibus oris*
*Euehis, et meritum, nunquam cunabula quaeris,*
*Et, qualis, non unde ſatus.*

Inprimis autem in re ſcholaſtica exteros et peregrinos non minus effulſiſſe, quam inquilinos, cum ex veterum annalibus, tum ex noſtrae aetatis monimentis probari poteſt. Quis neſcit, *Archiam*, patria Antiochenum, de Romana iuuentute tam praeclare meruiſſe, ut Cicero eam ob cauſſam à Graccho in ius vocatum, quod ciuitate donatus non eſſet, elegantiſſima illa oratione, contra friuolas iſtas calumnias defenderet. Quis neſcit, quanta cum dignitate M. *Fabius Quinctilianus*, ex urbe Calagurenſi in Hiſpania ortus, ab Imperatore Galba Romam deductus fuerit, ibique tanto honore floruerit, ut ab ipſo MARTIALI f) *ſummus moderator iuuentae, et gloria Romanae togae* cognominaretur. Cui ignotum eſt *Plinii* nomen, qui non ſolum ipſe alienigena, Comenſis, erat, ſed etiam Iſaeum, Aſſyrium natione, rhetorem maximo in pretio à Romanis habitum, ampliſſima laude extollit. g) Et facile foret, exemplis in medium adlatis, oſtendere,

a) *Senec.* de Benef. L. 13. b) *Sueton.* Iul. Caeſ. c. 76. c) Poem. v. 30. d) L. IV. c. 3. e) de laud. Stilic. II. 122. f) L. II. Epigr. 90. g) L. II. Ep. 3.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-827069-p0004-6

dere, plures alienigenas ſcholis publicis fuiſſe praefectos, quam indigenas et inquilinos. Quod utrum fato quodam eueniat, an deliberato conſilio eorum, qui curam illarum officinarum ſuſtinent, aliis relinquimus diiudicandum. Idem vero beneficium, quo docentes fruuntur, etiam ad diſcentes pertinere, quotidiana experientia confirmat. In noſtra certe ſchola Freibergenſi maiorem eſſe numerum diſcipulorum extraneorum, quam intra urbis pomoeria natorum, negari non poteſt. Quanto igitur gaudio hortulanus perfunditur, videns, frutices atque arbores aliunde aduectas auſpicato adoleſcere; tantam voluptatem, fidelis magiſter ex iuuenibus aduenis et foris commodatis et ſuo ſub auſpicio feliciter adultis perſentiſcit. Et quemadmodum nuper initium fecimus eorum diſcipulorum extraneorum recenſendorum, qui ſuperiori ſeculo in hac ſapientiae et virtutum palaeſtra verſati ſunt; ita nunc, veterem noſtrae ſcholae gloriam reſtauraturi, hoc negotium perſequemur.

1. *Cph.* BACH, Francof. March. 1603.
2. *Dav.* BACH, Breſniz-Bohem. 1610.
3. *Georg.* BACHMANN, Neudeck-Bohem. 1612.
4. *Caſp.* BAGANZ, Cüſtrin. 1614.
5. *Caſp.* BALAGKVS, Hoyerswerda-Laſ. 1608.
6. *Lud.* BALLIDEN, Lipſ. 1611.
7. *Chriſt. Gottl.* BALBERG, Knobelsdorf. 1693.
8. *El.* BARENFLETH, Malchin-Meclenburg. 1609.
9. *Georg.* BARENTIVS, Kirchayn-Luſat. 1664.
10. *Georg.* BARTH, Hoſtau-Bohem. 1616.
11. *Ad.* BARTH, Colon. March. 1610.
12. *Dan.* BARTH, Lichtenſtein. 1692.
13. *Io.* BARTH. Delit. 1594.
14. *Gotthard* BARITSCH, Mitweid. 1683.
15. *Cph.* BARTHELS, Penigenſ. 1660.
16. *Io.* BARTHEL, Grimmenſ. 1614.
17. *Mich.* BARTHEL, Grimmenſ. 1643.
18. *Io. Andr.* BARTHEL, Mariaeberg. 1672.
19. *Ambr.* BARTHOLOMAEVS, Kindelbrück. Thur. 1607.
20. *Erh.* BARTHOLOMAEI, Mulhuſa Thur. 1606.
21. *Mart.* BARTHOLOMAEVS, Gazor-Pomer. 1610.
22. *Henr.* BATTENHAVS, Naumburg-Haſſ. 1600.
23. *Ad.* BAVDANVS, Leipa-Bohem. 1622.
24. *Chr.* BAVER, Sayda-Miſn. 1665.
25. *Ad.* BAVM, Tangermind-March. 1603.
26. *Sam.* BAVM, Coſvic. Miſn. 1670.
27. *Aegid.* BAVMANN, Werdenſ. 1678.
28. *Cph.* BAVMANN, Elterlein. 1689.
29. *Io. Andr.* BAVMANN, Greuſſen-Thur. 1687.

30. *Nic.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-827069-p0005-1

30. *Nic.* BAVMHARDT, Magdeburg. 1601.
31. *Nicol.* BAYMOCZ, Hungar. 1609.
32. *Caſp.* BEHREISEN, Catharinaeberg. 1604.
33. *Aug.* BECCERVS, Stolpa - Miſn. 1656.
34. *Georg.* BECK, Frauenſtein. 1600.
35. *Gottfr. Flor.* BECK, Miſenenſ. 1684.
36. *Sam.* BECKE, Sayda - Miſn. 1698.
37. *Andr.* BECKER, Brandis. 1602.
38. *Mart.* BECKER, Oberſchoen. 1666.
39. *Paul.* BECKER, Lommat. 1620.
40. *Mart.* BECKER, Burckersdorf. 1695.
41. *Io. Cph.* BECKERT, Luccau-Luſ. 1672.
42. *Chr.* BEER, Frauenſtein. 1649.
43. *Mich.* BEERSCHMID, Preſedenſ. Palatin. 1597.
44. *Io.* BEGERVS, Retza - Neomarch. 1606.
45. *Franc. Cph.* BEHRENS, Luneburg. 1657.
46. *Victorin.* BEHRENT, Osfelda - Magdeburg. 1649.
47. *Chr.* BEICHIVS, Stauchenſ. 1619.
48. *Balth.* BEIER, Steina - Pomeran. 1605.
49. *Iſr.* BEIER, Blumenau. Miſn. 1670.
50. *Georg.* BEIER, Hilbersdorf. 1693.
51. *Balth.* BEINRAD, Radeburg. 1614.
52. *Io. Georg.* à BELA, Wundſchendorf. 1613.
53. *Cph.* BELITIVS, Colberg - Pomer. 1655.
54. *Dan.* BENISCH, Doebel. Miſn. 1624.
55. *Thom.* BENICH, Mitweid. 1613.
56. *Ioach.* BENICH, Prizwald. March. 1605.
57. *Dan.* BENNEWITZ, Doriz. Miſn. 1662.
58. *Georg. Godfr.* BENNEWIZ, Spansberg - Miſn. 1668.
59. *Ott. Georg.* BENNEWIZ, Rothſchoenberg. 1673.
60. *Zach.* BENZIN, Rupin - March. 1607.
61. *Georg. Haubold.* à BERBISDORF, 1683.
62. *Petr.* BERCKHAHN, Coeslin. 1600.
63. *Chr.* BERCKMANN, Rochlit. 1608.
64. *Gabr.* BERGER, Dreſd. 1655.
65. *Io. Ehrenfr.* BERGER, Grillenburg. 1683.
66. *Ioach.* BERGMANN, Ratenou. March. 1611.
67. *Paul Fr.* BERLICH, Wegefarth. 1688.
68. *Io.* BERLIN, Ruppin. 1606.
69. *Cph.* BERNHARDI, Hamburg. 1681.
70. *Nic.* BERENDISIVS, Hauelberg. 1605.
71. *Iac.* BERNHARD, Witſtock. 1601.

72. *Georg.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-827069-p0006-7

72. *Georg* BERNHARDI, Haenich. 1663.
73. *G. C. Müller* VON BERNEGK, Auguſtoburg. 1694.
74. *Petr.* BERNSTEIN, Altenburg. Miſn. 1609.
75. *Ioach.* BERNSTEIN, Helmſtad. 1603.
76. *Mart.* BERTHOLD, Zittau. Luſ. 1666.
77. *Io. Caſp.* BERTHOLD, Oſſit. 1691.
78. *Gottfr.* BERTHOLD, Conradiuill. 1698.
79. *Matth.* BERTHOLD, Coſuic. 1589.
80. *Ioach.* BERTRAM, Hauelberg. 1600.
81. *Io. Chr.* BERTRAM, Kreiſch. 1675.
82. *Wolfg.* BESOLDVS, Benzenſtein-Noricus. 1606.
83. *Loth. Gotthard* BESSER, Lindenau. 1678.
84. *Mart.* BEVER, Oſſit. 1607.
85. *Io.* BEVST, Stendal. March. 1594.
86. *Mart.* BEVTLER, Magdeburg. 1600.
87. *Chr.* BEVTNER, Brandenſ. 1667.
88. *Chr.* BEZOLD, Annaeberg. 1611.
89. *Andr.* BEYER, Waldkirch. 1649. poſtea Rect. noſtri Gymn. et tandem Protomyſta. †. 1716.
90. *El.* BEYER, Porſchendorf-Miſn. 1692.
91. *Gottfr.* BEYER, Culmnic. 1687.
92. *Iac.* BEYER, Geishayn. 1608.
93. *Mart.* BEYER, Steinbach. 1669.
94. *Nic.* BEYER, Salfeld-Thuring. 1616.
95. *Cph.* BEYER, Hilbersdorf. 1687.
96. *Henr.* BIDERMANN, Plauia-Variſc. 1694.
97. *Io. Cph.* BIEL, Hainich. 1690.
98. *Chr.* BINER, Halenſ. 1610.
99. *Georg.* BILCOVIVS, Neobrandenb. March. 1606.
100. *El.* BINDEMANN, Ruppin. 1606.
101. *Andr. Bindhaſe*, Geuſing. 1620.
102. *Sim. Biper*, Luchou. Luneburg. 1608.
103. *Mart. Birner*, Oederan. 1607.
104. *Matth. Biſaeus*, Wollin. Pomer. 1609.
105. *Ambr. Block*, Tham-Neomarch. 1610.
106. *Franc. Bloius*, Megalopolit. 1617.
107. *Matth. Bloſſius*, Blanckenhayn. 1608.
108. *Mich. Blüher*, Loeſniz. Miſn. 1671.
109. *Dan. Blum*, Marchic. 1614.
110. *Ier. Blumſtengel*, Waydenſ. 1600.
111. *Dan. Blumenthal*, Perleberg. March. 1604.

112. *Chr.*

112. *Chr. Bockenberg*, Brunſuig. 1603.
113. *Chr. Bodel*, Ionasbach. Miſn. 1650.
114. *Chr. Bodenus*, Brunſuig. 1601.
115. *Donat. Boehme*, Reinsberg. 1618.
116. *Laur. Boehme*, Ditmannsdorf. 1602.
117. *Io. Gottfr. Boehme*, Mittelſayd 1677.
118. *Io. Boehme*, Frauenſtein. 1608.
119. *Theod. Boehme*, Kroegſ. Miſn. 1665.
120. *Io. Godfr. Boehme*, Neuhof-Variſc. 1686.
121. *Chr. Boemich*, Roſſo-Pomer. 1671.
122. *Dan. Boetticher*, Grünhayn. 1611.
123. *Imman. Boetticher*, Grünhayn. 1678.
124. *Wolfg. Boetticher*, Wayd. Var. 1600.
125. *Io. Boetticher*, Torgau. 1668.
126. *Abr. Boetticher*, Ruppin-March. 1604.
127. *Io. Georg. Boetticher*, Sayd. 1678.
128. *Mich. Boettinger*, Regiom. Boruſſ. 1600.
129. *Mart. Bogius* Cotbus-Luſ. 1669.
130. *Kilian. Bohemus*, Swinfurt. 1660.
131. *Andr. Bohemus*, Frauenſtein. 1610.
132. *Caſp. Bohemus*, Frauenſtein. 1603.
133. *Cph. Bohemus*, Fünſterwald. 1618.
134. *Godofr. Bohemus*, Sayd. 1649.
135. *Io. Caſp. Boland*, Roſswein. 1668.
136. *Ioach. Bollerick*, Trebin-March. 1610.
137. *Ern. Aug. Bollmeyer*, Eimbecc. 1669.
138. *Georg. Heinr. Bolz*, Sommerfeld-Luſ. 1690.
139. *Luc.* Bon*anus*, Freywald. March. 1600.
140 *Io. Bonerus*, Iuterboc. 1682.
141. *Georg. Bonerus*, Berolin, 1600.
142. *Matth.* Borck, Stettin-Pomer. 1605.
143. *Georg.* Bor*mann*, Gros-Hayn, 1604.
144. *Georg.* Bor*mann*, Oberconradsdorf, 1664.
145. *Io. Ioach. à* B*ornſtedt*, Meſomarch. 1698.
146. *Matth.* Born*hold*, Crempa-Holſatus, 1654.
147. *Georg.* Bor*ſtendorf*, Lengenfeld, 1612.
148. *Gottfr.* Bor*uſſus*, Regiomont. March. 1650.
149. *Dan.* Bo*ſa*, Mariaeberg. 1618.
150. *Gottlob Sigm. à* Bo*ſe*, Equ. Miſn. 1693.
151. *Io.* Bo*ſe*, Haynenſ. 1623.
152. *Wolfg. Ditr. à Boſe*, Equ. Miſn. 1689.

153. *Nic. Botengerinus*, Neoſtad. Orl. 1609.
154. *Georg. Adr.* Bothe, Goerda-Luneburg. 1667.
155. *Georg. Brabant*, Wernenſ. Megalop. 1606
156. *Gottl. Chr. Bracht*, Sellin-Neomarch. 1659.
157. *Andr. Fridr. Bracht*, Beernwalda-March. 1658.
158. *Beni. Bracht*, Wrizen-March. 1658.
159. *Iac. Braemer*, Sohlau-Pomer. 1668.
160. *Ad. Breiting*, Noſſen. 1673.
161. *Henr. Brallius*, Wuſterhuſ. March. 1602.
162. *Burch. Brangel*, Apold. Thur. 1600.
163. *Chr. Brauer*, Hondorf. 1625.
164. *Paul. Braunsdorf*, Haynich. Miſn. 1652.
165. *Dan. Brauns*, Hildes. Sax. 1667.
166. *Barth. Bredicow*, Rathenou. March. 1604.
167. *Nic Brenner*, Swinfurt. Franc. 1601.
168. *Balth. Breslow*, Mittelwald. 1610.
169. *Io. Bresler*, Mucr. Luſat. 1655.
170. *Zach. Breſcius*, Gubena-Luſ. 1668.
171. *Conr. Brethauer*, Hornburg. 1618.
172. *Sam. Breting*, Noſſenſ. 1650.
173. *Caſp. Bretſchneider*, Boccau. 1613.
174. *Bened. Bretreich*, Wittſtoch. March. 1619.
175. *Io. Brockhard*, Sonneberg-Franc. 1600.
176. *Io. Fr. Brückmann*, Witteberg. Sax. 1671.
177. *Iac. Ad. Bruiderlein*, Zwoeniz. Miſn. 1682.
178. *Io. Bruno*, Brandeburg. 1605.
179. *Chr. Bucerus*, Rugia-Pomer. 1604.
180. *Io. Theoph. Buchner*, Obergrun. Miſn. 1665.
181. *Tob. Buchbach*. Auguſtoburg. 1600.
182. *Marh. Buchholz*, Brandeburg. 1594.
183. *Mart. Buchner*, Lommerda. Thur. 1587.
184. *Io. Buchheim*, Wettin. Miſn. 1618.
185. *Blaſ. Buchold*, Henſted. Ditmarſ. 1612.
186. *Dan. Bucholz*, Attenhuſ. Sax. 1607.
187. *Dan. Buddendorf*, Retzenſ. 1609.
188. *Gottfr. Budaeus*, Rehfeld. 1673.
189. *Paul. Buhlski*, Zeden. Neomarch. 1654.
190. *Iac. Bulouius*, Stendal. March. 1593.
191. *Ioach. Buicmann*, Offenburg-Boruſſ. 1660.
192. *Io. Chr. Buinemann*, Salzwedel. 1669.
193. *Sam. Buirger*, Olbernhau. 1688.
194. *Mich. Buirger*, Elſterwerd. 1669.
195. *Mart. Buirger*, Schlackewald. Bohem. 1610.
196. *Georg. Buirger*, Rochlit. 1654.
197. *Io. Henr. Buittner*, Altenberg. 1696.

198. *Io.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-827069-p0009-7

198. *Io. Barth.* Buittner, Bſaffrod. 1667.
199. *Io. Leonh.* Buittner, Gunzenhuſ. Franc. 1657.
200. *Matth.* Buittner, Stolp. 1643.
201. *Io.* Buittner, Coelleda-Thur. 1647.
202. *Tob.* Buittner, Prezſchendorf. 1650.
203. *Io.* Buittner, Graefenthal. 1604.
204. *Gottfr. Beni.* Buittner, Papaerod. 1672.
205. *El.* Buittner, Libau-Curland. 1601.
206. *Iac.* Builouius, Stendal. 1600.
207. *Dan.* Buſcher, Hoyerswerd. 1605.
208. *Ioach.* Bunger, Eimbecc. 1611.
209. *Wilh.* Bunſenius, Marsberg-Colon. 1608.
210. *Chr.* Burchard, Malchin. Megapol. 1600.
211. *Chr.* Burgau, Thuring. 1605.
212. *Wolfg.* Burckhard, Orlamund. 1619.
213. *Tob.* Burſche, Nauendorf. 1600.
214. *Dan.* Burſcha, Ebersdorf-Luſat. 1601.
215. *Io.* Burſcher, Cament. Luſ. 1642.
216. *Ehrenfr.* Burſcher, Senftenberg. 1642.
217. *Valent.* Buſchmann, Neo-Ruppin. March. 1666.

Quemadmodum autem ex horum numero procul dubio plurimi in viros euaſerunt, qui vel eccleſiae vel rei publicae inſignem fructum compararunt: ita, diuino praeſidio ornata, adhuc habet ſchola noſtra, quod impenſe ſibi gratuletur, tales iuuenes complexu ſuo fouens, quales ad dignitatem illius tuendam et famam ad poſteros tranſmittendam exſpectantur. Iniurius in animi dotes diuinitus conceſſas, imo in ipſam virtutem viderer, ſi alia de duobus illis adoleſcentibus ſentire vellem, qui cras, bono cum Deo, vires in dicendo periclitabuntur. Et alter quidem

IO. FRIDR. SEYFRIED, *Freiberg.*

pietatis, modeſtiae et diligentiae nomine inprimis commendabilis, atque eo ſumma cum laude adnitens, ut ne Optimum Parentem, Conſulem noſtrae ciuitatis egregie meritum, anniſque maxime venerabilem, ſpe concepta defraudet, contra vero familiam Seyfridianam, in ampliſſima ornamenta diffuſam, auita gloria inflammatus, nouo ſplendore illuſtret, ſermone vernaculo *de ſignis noſtrorum temporum, exoptatis nunciis futurae ſortis melioris,* exponet. Alter vero

GODOFR. BENEDICT. FVNCKE, *Hartenſtein.*

in quo natura fautrix erecti ingenii facilitatem cum pertinaci diſcendi induſtria et recte agendi propoſito feliciſſime conſociauit, illius beneficii memor, quod vir immortalis nominis, BARTHOLOMAEVS IENICHIVS, alumnis menſae liberalis in conuictorio Freibergenſi legauit, et quo ipſe adhuc ex ſingulari Pratronorum indulgentia fruitur, *de bonis corporis ad iuuandam animi felicitatem adcommodandis,* oratione Latina perorabit.

Hi igitur prouinciam ſibi demandatam hoc alacriori animo ſuſcipient, quo luculentioribus exemplis Veſtram, MECAENATES, FAVTORES, atque AMICI, in auſcultando humanitatem ſibi cognitam exſpectant. VOS ergo pro Veſtra erga ſcholarum benefactores voluntate, Veſtroque in iuuenes bonae notae ſtudio, hos conatus honeſtiſſimos beneuolentia proſequimini, et cras, audita hora ante meridiem nona, loco conſueto ad audiendos oratores conuenite: de nobis autem ita exiſtimate, omni nos ſtudio prouiſuros, ne Veſtro amore aut abutamur, aut excidamus. P. P. *Freiberg.* a. d. XXIII. Aug. A. R. S. MDCCLI.

Yb 627
(1180)
ULB Halle 3
002 103 591
TA-JOL
VD18
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-827069-p0011-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-827069-p0012-0

39

# *COMMENTATIO II.*

QVA

MEMORIAS

DISCIPVLORVM EXTRANEORVM

IN SCHOLA FREIBERGENSI

VERSATORVM

PRAEMITTIT

---

ET

*AD ORATIONES*

BENIGNE AVDIENDAS

OBSERVANTER

INVITAT

M. IO. GOTTL. BIDERMANN. R.

---

*FREIBERGAE*, Litteris MATTHAEANIS.

XXXIX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-827069-p0013-5